



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 51. An steriles, item illi, qui post Matrimonium facti sunt eunuchi aut impotentes, licitè tentent usum Matrimonii, tangant se &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

Nec Judex dispensat, sed tantum ex errore sibi  
vincibili supponit abesse impedimentum.

Q. 51. An steriles, item illi, qui post Matrimo- 316.

nia facti sunt eunuchi aut impotentes licite sentent u-  
tunt Matrimonii, tangant se Sc. R. §. 1. Quoad  
steriles, affirmat cum communi Busenb. quia ca-  
uses sunt copulæ seminalis, & per accidens est,  
quod non sequatur generatio. Et idem de seni-  
bus decrepitis dicam n. 791. Potestque de ste-  
rilitate feminarum videri Zacchias l. 3. tit.

§. 2. Si quis post Matrimonium sit factus 317.

caucus, docent Toler. Perez, Sanch. l. 7. d. 102.  
n. 16. Gob. n. 606. Krim. n. 1280. & alii licitum  
esse illi reddere & petere debitum, quia jus habet  
ad actum conjugalem, uti & tum, quando scit  
esse sterilem, aut uxorem ita gravidam, ut  
non sit conceptura, copula autem illa adhuc  
servit illi ad remedium concupiscentiæ, qui est  
suis secundarius Matrimonii, & per accidens  
est, quod non emittat semen prolificum. Op-  
eratum tenent Ledesm. & Dicast. quia cum non  
emittat verum semen, copula illa non est apta  
generacioni, ergo illicita, secundum dicenda  
n. 789.

§. 3. Quando post Matrimonium superve- 318.

nit impotentia seminandi intra vas, illicitum  
est tentare copulam, si autem sit spes, licitum  
est, etiam ad quoscunque annos, quamdiu spes  
manet, & quamvis semen per accidens com-  
muniter effundatur, Sanch. l. 9. d. 17. à n. 18. Gob.  
n. 10. n. 591. Spor. num. 122. Esse autem licitum  
tentare copulam, etiam usque ad triennium,  
ad comparandum dubium est de impotentia vel antece-  
dente vel subsequuta post Matrimonium, dicitur  
n. 787.

Q 2

§. 4.

E. I.  
2. 0. 1

H. mor.  
Claudi  
a Croix

Tom VIII

ca

319. §. 4. Si alterutri conjugii superveniat impotentia sine spe copulæ, putant *Sanch.* l. 9. d. 17. 21. & *Avers.* q. 21. f. 8. licere illis tactus, sed quatenendum sit colligetur ex dicendis à nu. 33. est enim duplex sententia satis probabilis circa hoc.
320. Q. 52. An sint aliqua tempora. quibus actus conjugalis specialiter sit illicitus. R. Colligetur ex §. 1. Specialiter prohiberi die, quo conjugii benedictionem Matrimonii susceperunt, videtur asserere aliqua Concilia particularia apud *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 35. quæ reverentia videtur exigere, ut quo die corpora benedicta sunt, non dehonestentur eo actu. Quod positum probabilius tenet cum communi. Quod actus enim ille est honestus, & potest esse matrimonius: benedictio autem physicè transit, sicut moraliter tantum existens cras non impedit illum usum, ita nec hodie.
321. §. 2. Per se loquendo licitum esse die Communionis habere usum Matrimonii, dicitur l. 6. p. 1. n. 550. R. 1. Et ea, quæ can. 1. & sequenti causâ 33. q. 4. referuntur ex *S. Hiero.* de abstinendo die Communionis; ex *S. Aug.* *S. Th.* in *1. 2. q. 64. a. 5.* aliisque apud *Tiraq.* ad l. 15. c. 1. nub. à n. 112. de abstinendo diebus festorum processionum; ex *S. Ambr.* diebus jejuniorum &c. *Scot.* *Navar.* *Henriq.* *Sanch.* *Côn.* aliique plurimum cum *Avers.* q. 21. f. 6. dicunt esse consilii, & ea quæ sub forma prohibitionis dissuadeantur, ut in simili notat *Glossa* ad Cap. *Ad ejus.* 4. dist. 5. videndum est per accidens ideo peccari, si prohibita per hoc impediatur. v. *Rayn.* num. 1. in fine.
322. §. 3. Tempore fluxûs, qui omni mense